Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



94

102

Venit philippus: et dicit andree. Andreas rursū
et philippus dixerunt ihesu. Ihs autē rndit eis dicens
Venit hora ut clarificetur filius hominis. Amē amen
dico vobis: nisi granū frumenti cadens in terrā mor
tuū fuerit ipm solū manet. Si aut mortuū fuerit
multū fructū affert. Qui amat aīā suā: perdet eam
Et qui odit aīam suā in hoc mūdo: in vitā eternā
custodit eam. Si quis mihi ministrat me sequatur.
Et ubi ego sum: illic et minister meus erit. Si quis mihi
ministraverit honorificabit eū pr meus. Nunc aīa
mea turbata est: et quid dicam. Pater salvifica
me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc:
Pater clarifica nomen tuū. Venit ergo vox de
celo. Et clarificavi: et iterū clarificabo. Turba
ergo que stabat et audierat dicebat tonitruum
factū esse: alii dicebant. Angelus ei locutus est.
Rndit ihesus et dixit. Non propter me vox hec venit:
sed propter vos. Nunc iudicium est mundi: nunc prin
ceps huius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus
fuero a terra: omnia trahā ad me ipm. Hoc autē
dicebat: significans qua morte esset moriturus.
Rndit ei turba. Nos audivimus ex lege quia xps
manet in eternū: et quomodo tu dicis oportet exal
tari filiū hominis. Quis est iste filius hominis. Dixit
ergo eis ihesus. Adhuc modicū lumen in vobis est.
Ambulate dū lucem habetis: ut nō tenebre vos com
prehendant. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo
vadat. Dum lucē habetis credite in lucē: ut filii
lucis sitis. Hec locutus est ihesus et abiit: et ab
scondit se ab eis. Off. Eripe me de inimicis meis deus
ad te confugio doce me facere voluntatem tuā quia deus meus es tu.